



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Facilis Et Succincta S.S. Canonum Doctrina

Pirhing, Ehrenreich

Dilingæ, 1690

§. XII. An & qua ratione coniugarus possit, vel non possit ordines sulcipere,
vel ad Episcopatum assumi?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61641)

talem ad ordines sacros, votum perfectæ continentiæ includentes, transitum, præjudicetur graviter conjugii, quæ ad alia vota transire non potest, cum favor ille, qui concessus est professioni religiosæ, ad solvendum matrimonium ratum, quoad vinculum etiam, non sit concessus susceptioni sacrorum ordinum, quamvis enim sacri ordines contrahendum matrimonium dirimant, cum ordo sit impedimentum dirimens, ex nullo tamen jure habetur, quod contractum dissolvant: & hinc in tali casu susceptorum cum licentia conjugis sacrorum ordinum, non minus requiritur, ut uxor, quæ dedit licentiam, si juvenis sit, aut de incontinentiæ periculo suspecta, in religione profiteatur, vel si senex, & extra incontinentiæ periculum sit, perpetuam continentiam in sæculo voveat, prout Glossa à plerisque recepta in *cit. c. conjugatus, V. ab uxore* habet, quam requiritur hoc, in casu, quo maritus post consummatum matrimonium cum licentia uxoris religionem ingrediatur, & in ea profiteatur, cum majus periculum sit, in casu, quo maritus in sæculo Clericus manet, quam, quo in religione profiteatur; si ergo ad hoc periculum amovendam, religiosa uxoris professio, aut continentiam votum pro diversitate circumstantiarum requiritur, potius jure requirenda ea videntur in casu, quo maritus cum licentia uxoris sacros ordines suscipit, & in sæculo manet, ac tam

facile in casu periculi incontinentiæ dispensationem non obtinebit, ut si uxori matrimonialiter cohabitare possit.

Sicuti tamen uxor, quæ marito licentiam concessit post consummatum matrimonium proficendi in religione, saltem liberè non concessit, ut in prædicto, revocare eum ad se possit, sed potest etiam maritum ad se revocare post susceptos sine sua liberè concessa licentia sacros ordines, ita ut talis uxor vocatus teneatur, vel religionem ingredi, si nondum consummatum fuerit matrimonium, vel si hoc nolit, conjugis suæ matrimonialiter cohabitare, reddendo debitum, non autem parendo, ratione voti continentie, quod abique præjudicio uxoris, quoad hanc partem facere potuit; neque potest post mortem hujus suæ conjugis ad alteram nuptias transire, cum ordo, quem vult suscipere, nulla aliter uxoris licentia, sit impedimentum dirimens.

Quod si tamen conjugatus ad Episcopatum promoveatur & ordinem Episcopatus (permittente scilicet uxore) habeat, uxor in religione profiteri, ita ut sufficiat, quamvis senex illa sit, & extra incontinentiæ periculum, votum continentie in sæculo emittere, ob respectum scilicet decentiam dignitatis Episcopatus cui plurimùm convenit dignitas etiam religione conjugis statui.

